



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXXVII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, mit der er sich wieder ausgesöhnt hat, in ihren Rechten, am 9. September 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

LXXVIII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prentzlau, mit der er sich wieder ausgesöhnt hat, in ihren Rechten, am 9. September 1333.

Ludowicus, Dei Gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie sacrique Romani Imperii Archicamerarius ad perpetuam rei memoriam. Donationes Principum ampliari et si in perpetuum facte sunt, firmiter conservare successoresque eorum requisiti decet ratihabitione inviolabili solidare. Sane omnibus et singulis presentibus et futuris cupimus fore in perpetuum notum, quod nos omnem ingratitude[m] et indignationem, quam habuimus ad nostre Civitatis Prentzlau cives, nobis dilectos, penitus dimisimus et presentibus relaxamus, volentesque eisdem speciali favore proficere et favore, in omnibus eorum libertatibus et juribus, omnes donationes et appropriationes, gratias, libertates, jura et consuetudines rite factas et concessas eisdem civibus et civitati ab illustribus Principibus Marchionibus Brandenburgensibus nostris predecessoribus carissimis, prout ipsi cives per eorundem principum privilegia rationabiliter ostendere poterunt, quoad omnia in eisdem privilegiis contenta gratificamus, ratificamus et presentibus literis confirmamus. Si quis vero ausu temerario contra premissa fecerit, se indignationem nostram noverit incursum, in cujus testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensi iussimus communi. Testes vero hujus sunt illustris Princeps Rudolphus, Dux Saxonie, avunculus noster dilectus, Hummel de Lichtenberg, Frater Henricus de Zypplingen, Commendator Provincialis, Diepoldus Gulse, nostre Curie magister, Henricus Schenck de Schenckendorp, Hermannus de Wulckow et presentibus pluribus fide dignis. Datum Prentzlau, Anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo tertio, in crastino Nativitatis beate Virginis.

Aus einem Copialbuche.

LXXIX. Bischof Friedrich von Camin bestätigt einen mit Gebungen aus Straßburg bewidmeten Altar in der Nicolaiskirche zu Prentzlau, am 17. September 1333.

In nomine Domini Amen. Fredericus, dei gracia Caminensis Ecclesie Episcopus ad perpetuam rei memoriam opem nostram et operam diligentem apponimus vt fidelium deuotionem cum circa augmentum diuini cultus versatur adaugeamus, quod tunc facere credimus, cum ea, que sine nostre confirmationis ordinarie adminiculo alias infringi possent, per nostras literas confirmamus. Sane vidimus quandam literam sub sigillo quodam Arnoldi, plebani in prentzlau, et Consulium ciuitatis Straßeburch non raram nec debolitam seu aliqua sui parte suspectam, cuius tenor sequitur in hec verba. In nomine Domine Amen. Cum ea, que in tempore aguntur cum temporis fluxibilitate eueniunt in obliuionem nisi scripti testimonio recipiant firmamentum. Nouerint ergo vniuersi Christi fideles, ad quos presens peruenerit Scriptum et per presentes publice protestamur, Quod nos consules ciuitatis Straßeborch cum consilio vniuersorum vendidimus petro de Clinckow, Cui in Prentzlau, Decem Talenta Brandenburgensium denariorum, que rationabiliter